



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

1 Vtrumne liceat rem carius vendere expectata, quam numerata pecunia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

an vero tacitus posset pretium tunc currenti diuendere? Antipater enim aiebat, Diogenes vero negabat. Cuius nos imprensenta sententiam cum S. Thom. implectimur, sic tamen attemperatam, quod cum maioris esset virtutis, si quidpiam pretij venditor ille subtrahere, De quo art. S. Thom. q. 77. post illa, qua quæstione proxima de negatione disseruimus, nihil nobis dicendum superest.

QVÆSTIO IIII.

DE EMPTIONE CREDITO pretio.

ARTICVLVS I.

*Vtrum liceat rem carius vendere expectata quam numerata pecunia.*

POST generale emptionis ac venditionis leges, quaeritur in particulari, vtrum ratione crediti pretij liceat rem carius vendere. Et arguitur a parte affirmatiua. Pretium iustum rei secundum prudentium iudicium debet aestimari, & secundum commune forum duodecim autem nummabentes, scilicet in futuro soluendi, non plus valent quam decem praesentes, ergo res quae vendi potest praesentis pecunia decem, iuste potest creditis vendi duodecim. Secundo venditor potest se indemnem seruare, quapropter D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. asseruit non est veritus, posse venditorem pretio damnnum adhibere quod patitur. Porro vero ex dilata pretij solutione venditor multa subit incommoda, vtpote lucris cessantis, secundo periculum ipsius capitalis, quod sibi forte nunquam soluetur, & tertio periculum dispendiorum atq. expensarum, quas fortasse antequam pretium recuperet, facturus est, illi autem periculorum metus pretio sunt aestimabiles, ergo potest horum gratia auctiori pretio vendere. Pariter passu contrarium currit argumentum de emptore, qui ratione anticipatae solutionis videtur iure posse minori pretio emere. Nam anticipata solutio plus aestimatur, quam eadem prolata, & similia pericula subit emptor antequam mercium co-

pos fiat. Tertio denique arguitur. Sunt aliqua merces reipublicae necessariae, quae nisi expectato pretio distrahi nequeunt, quod ex mercibus ipsis conficiendum est, ergo iustum ipsarum pretium est, non illud quod in praesenti, verum illud quod in futuro soluendum est. Suntque aliae econuerso, quae venundari nequeunt nisi anticipata solutione, ergo iustum pretium erit non illud, quod cum merces traduntur, valent, sed quod anticipato tempore soluitur. Exemplum prioris membri patet in maritimis mercibus, quae nisi in magna copia aduehi non possunt. Enimvero cum totum nauis onus, si illa, quae vix plurimum contingunt, spectes, vendi simul nequeat praesenti pecunia, sed expectandum sit tempus quo emptores eadem valeant merces minutius distrahere, iustum pretium erit quod in futurum promittitur, quamuis manus illo sit quod statim numeretur. Exemplum secundi membri profertur in lanarum mercatu. Nam cum, vt plurimum accidit, pastores nequeant pastum gregum redimere nisi lanarum pretium sibi anticipetur, apparet illud esse iustum quod anticipatur, licet minus sit quam quod dum traduntur, valent. In contrarium est, quod pretium, vt q. 2. dicebamus, & habetur lin. 4. ad legem Falcidiam. res secundum rei veritatem, hoc est secundum praesens pretium aestimanda sunt verba sunt legis. Et idem colligitur ex subsequenti lege, Pretia.

Solutio quaestionis praesentis patula est, quippe quae ex superioribus liquido colligitur. Respondetur inquam vna negativa conclusione. Nullatenus ratione crediti prorogatiue pretij licet rem carius vendere quam in praesenti valet, carius, scilicet ultra latitudinem iusti pretij. Nam in fra ilam iam supra dictum est id licite augeri posse Conclusionem primo probat argumentum proxime insinuatam, quia neque rem plus vendere licet quam valet, neque plus valet, quam est pretium in praesenti currentis. Et ratio naturalis est quod pretium cuiusque rei, eius existentiam commutatur vt tanti aestimetur, quanti est quando existit, nam tunc est hoibus vsui. Secundo id patet per regulam quaestione prima constitutam, nempe quod ad perpendendum contractum an sit usurarius, explorandum est an mutui quidpiam implicet, cuius ratione pretium recipiatur. Hoc enim

Conclō  
negati-  
ua.

Prima  
rō pro  
conclu.



in huiusmodi venditionibus reperias. Perinde quippe est rem, decem valentem, credito vendere duodecim, ac si d. c. statim connumerata emptori mutuo dares sub duorum fenore. Probò est. S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 7. Ex quo fit. vi. q. 1. dicebamus, neutiquam posse veditorem sibi pretexere quod tanti sibi merces stent, neque aliter posse sumptus quos fecerat reficere, quam si credito vendat, quoniam negotiario eiusmodi fortuitis eventibus subiecta est. Quare ubi in dissolutione nundinarum merciam pretia decrescunt, non potest mercator tanti vendere credito, quanti presentis numo vendidisset in emptoris fenore, quia res iam tunc minoris aestimatur. Et eadem conclusio emptoris pari iure comprehendit, nepe quibus ratione antiepatæ solutionis fas non est vilius emere. Nam pretium legitimum est, quo merces tunc aestimantur, quando traduntur & ideo si minoris emunt, contractus reducitur ad usurarium mutuum, videlicet quod pecuniam venditoribus mutant, auctuarium mercibus soluendam.

**Ad primum.** At quia de conclusione nulla esse potest dubitatio, ad argumentorum solutionem descendamus. Et primum quidem tenuissimum momentum est. Negatur enim quod duodecim in futuro soluendi numi secundum se non plus valeant, quam decem presentes, immo duodecim absentes idem valent atque presentes. Et licet accidentarie in negotiario ratione industria possint decem augeri usque ad duodecim, tamen inde non crescit rei pretium quod secundum eius naturam aestimatur, præcisè decem.

**Richar. Caieta.** De alio vero membro, puta de lucro cessante, Richardus & Caiet. & quibus eorum probatur opinio, perinde censent atque de mutuo, nempe quod licet mercatori pretium oblacrum cessans augere. Nam eadem est vtriusque ratio. Ego vero egerime in hanc sententiam trahi possum, eo sane argumento ductus, quod neq. lucrum ei cessat, qui vendere non cogitur, neque vilis absque vi & fraude cogitur, qui vero tantum rogatu vendit, vitro vendit. Quare neq. Panormitanus capit. Ad nostram de emptione & venditione, neque antiquorum vilis huiusmodi exceptionem approbat, sed simpliciter usura reos faciunt quotquot credito carius vendunt quam

**Anton.** numerato. Et Anton. secunda parte, titu. 1.

cap. 8. §. intrepide negat ratione lucri cessantis licere cumulatim pretium exigere. Et se vera ex isto capite lucri cessantis frequentiores crebrescent usurae in mercatura quam in mutuo. Quare licet neque modo usque adeo asseueranter hanc refutare audeam opinionem, sed permanserim ut supra in mea formidine, tamen argumenta contrariae opinionis non sunt tanti ponderis, quam eius patroni putant. Quare ad auctoritatem S. Thom. quam Richardus pro simili adducit, idem quod supra respondemus nempe aliud esse damnatum emergens, quod venditor patitur, quodque ideo vendibile est aliud vero lucrum cessans, quod re vera, nisi inuito non cessat. Multo vero improbabilius est, quod quosdam neotericos valde miror defensione, nempe quod ratione periculi, cui venditor suas exponit merces, dum pretium in tempus credit, ius habeat carius vendendi. Conradus quidem quaestione citata quinquagesima nona, ubi hanc edisserit mercedem concedere hoc recusat, sed tamen inferior Metina, q. 38. de Restitutionse nescio quem immitatus, id audenter affirmat. At vero cum res usuraria, Ethnicis etiam Aristotele teste, tam sit odiosa ac perniciofa, nemo deberet eius occasione offerre, nisi ubi patentissima ratio id euinceret. Porro autem in hac opinione, nulla vel probabilis existit. Primum ergo omnium in contrarium arguit. Conrad. nullam, aut vis vilam esse huiusmodi venditionem in futuro soluendam, quae non alicui subdatur periculo. Quocirca semper liceret aliquid usurae sortem recipere. Sed tuebuntur se contrarii auctores dicentes, non id opinari in qua licet inque periculo, sed ubi est legitimus, nepe quando mutuatarius vel pauper, vel fraudulenter, vel quavis alia ratione maleficus, tunc quippe auiunt posse debitorem metum periculi pretio vendere. Secundum eius argumentum non est multo maioris efficaciae. Arguit quippe quod tunc non solum capitale, verum & illud quoque, metus pretium periculo subest. Quare ratione illius liceret aliud recipere pretium. Verum tamen responderent aduersarij expectatione auctarij illius usurae sortem recipendi, oem compensari metum. Aliter ergo sic videntur reprobatur opinio. In primo mercator non vendit inuito. Si ergo videt suas merces iuro distrahi, non vendat credit

to, vel aliam accipiat cautionem. Cur ergo poterit metum illum vendere? Secundo arguitur. Venditor ille vel fac esse mutuato- rem, nullum patitur, mergens damnum, neque iacturam facit cessantis lucri, neque dispendium aut sumptus in recipiêdo pretio. Hæc enim omnia cessare supponimus, quandoquidem de solo metu disceptamus quo ergo iure poterit, metus ille pretio vendi? Sed ais, quia est pretio aestimabilis. Fateor quidem quoniam mallet homo aliquid venditor suapte sponte in illum se emergit, tum præcipue quod emptor non recitetur aliter leuare illum tali metu, quâ soluendo mercis pretium, cui ideirco dum soluit, satis facit. Et elucidatur etiam argumentum vis, si initio non fuisset facta timoris mentio venditor tamen fuisset ob periculum vehementer metu vexatus, postea dum emptor soluit nihil posset ultra sortem venditor reciperet ratione præteriti metus ac periculi, ergo neque in initio potuit in pactum duci. Profecto si vera esset talis opinio, conditio vendentis, pura si esset nimirum auaris ac perinde metuculosos, causa esset legitima recipiendi maius pretium. Perpendamus ergo argumenta, quibus isti audent hæc perhibere viturum anfas. Primum est hoc, fideiussor (vt supra dictum est) pro obligatione illa qua adstringitur alienum debitum soluere, potest pretium recipere, ergo licet venditori hæc verbis cum emptore pacisci. Quod fideiussori præbiturus es, mihi exhibe, & ego subibo periculum, nulla enim apparet discriminis ratio. Nam etiã fideiussor in virtute videtur debitori mutuari, dum pro eo soluit. Respondetur latissimam esse discrepantiam, quoniam fideiussor non pro eo quod mutuat, cum cõtingere possit vt nunquam pro debitor soluat, sed quia obligatur, soluere, illam potest obligationem vendere, mutuat vero vere mutuat, quod ideo gratis tenetur facere. Et miror istos non esse sui memores. Cum enim fateantur, non quidem pro mutuo, sed tamen pro obligatione mutuandilicere pretium recipere, simili intercapedine deberent perspicere fideiussorem posse recipere pretium pro obligatione soluendi, seu mutuandi non tamen

mutuatorem pro mutuo, tametsi vterque in eodem versetur periculo. Et parimodo recitatur secundum eorum argumentum de illo qui per contractum assicuratiouis in se suscipit periculum alienarum mercium, iste enim nihil mutuat, sed pro illa obligatione soluendi merces si perierit, recipit pretium, sicuti ille qui per contractum societatis exponit periculum suum, non recipit lucrum propter periculum, sed propter negotiationem. Hic enim suam pecuniam non mutuat, sed negotiationi exponit, & ideo recipit eius lucrum. Quare ex istis nullum sumitur argumentum ad mutuantem, quippe qui mutuando gratis debet transferre in alterum dominium, ea solummodo obligatione, vt tantundem recipiat. Atque hoc maxime confirmatur, quoniam mutuat non obligatur pecuniam suam perdere, sicut assicurator vel qui facit societatem, si merces pereant, si quidem mutuatarius semper est obligatus soluere, quare tale periculum non est alio pretio dignum, quam vt mutuatarius mutuum persoluat. Arguunt tertio. Qui equum suum homini locaret, a quo grauius timeret, ne nimia cum sangatione diuexerat, vel forsitan alio modo occideret, posset cum illo de pretio conuenire, vt si equus periclitaretur, sibi periret, ergo eodem modo in mutuatâ pecunia. Sed vides quam nulla sit similitudo. In locatione enim equi non transfertur dominium, & ideo potest verus dominus de periculo reifux pacisci. Qui vero vendit aut mutuat, transfert in alterum dominium, qui cum tenetur totum soluere, non est alio pretio grauius ratione creditoris metus. Superest autem respondere, virum liceat venditori ratione impensarum, quas probabiliter se timeret antiquam pretium recipiat facturum, aliquid ultra sortem in pactum ducere? Idem enim citatus auctor bisariam hanc licentiam concedit, scilicet, quod licet inter contrahentes de consuetudinalibus expensis conuentionem facere. Secundo, quod ratione anxietatis quam passurus est timore litis & laborum, potest etiam aliquid recipere. Hoc autem secundum iam satis repulsus est. Solus quippe metus & periculum absque villo labore & dispendio nullum ius tribuit aliquid eius gratia recipiendi. At quantum ad expensas res at-

Arg. 2.  
Ritio.

Arg. 3.

Solutio.

Qd alte  
ia.

Solutio.

Oo 3 tinct,

tinet, non est dubium quin quidquid cre-  
 ditor in recipiendo debito dispendit, pos-  
 sit a debitore exigere. Attamen multo est  
 tutius, dum hominis vastitatem & infideli-  
 tatem times, nil ei mutuae nec credito  
 vendere, vel dum mutuas, expectare solu-  
 tionis terminum, an forte sine villo dispen-  
 dio fiat. Nam expensarum anticipata con-  
 uentiones vix vsurae suspitione vacant.  
 Nihil scilicet ubi omni procul fraude boni-  
 nis coniecturis timentur expensae, nempe  
 dum tuus debitor à tua vix loco distat,  
 nulla est iniquitas de expensis & laboribus  
 pactum cum illo inire, constitutumque  
 pretium recipere, etiam si nullos sit postea  
 facturus. Nam etiam si esse plura expen-  
 surus, non posses amplius recipere, quam  
 fuit conuentione firmatum. De materia  
 tertij argumenti varie etiam inter docto-  
 res opinatur. Ab vna enim parte repre-  
 sentatur vsuraria mutatio, sed ex altera  
 apparet emptio iusta. Et quia casus est  
 consuetus, decisu necessarius est. Igitur re-  
 oculatus perspecta, arbitror subdisting-  
 tionem respondendum. Quando enim  
 debitum nulli esset prorsus subiectum pe-  
 riculo, sed absque villo sumptu & labore  
 certissime speraretur soluendum, neuti-  
 quam liceret tale debitum minoris eme-  
 re, quanuis longum esset tempus expe-  
 ctandum esset quippe non solum pallia-  
 tum, verum & delectum sanebre mu-  
 tuum. Quoniam ratione dilationis tempo-  
 ris plus accipere, quam tribuas, vsura.  
 Neque refert quod creditoris actionem  
 vendendi commodiora sint nunc decem,  
 quam post annum duodecim. Non in qua  
 hoc compurgaret euentem, quoniam  
 non emptio sed certe mutatio. Quando  
 vero solutio in periculo versaretur, nihil  
 dubito quin liceret viliori pretio emere,  
 quam est totum debitum, vtpote dum mi-  
 liti stipendium regium debetur, quod cre-  
 ditor timeret aut non totum, aut non sine  
 magno negotio & molestia, aut non sine  
 expensis se recepturum, potest quisque ta-  
 le debitum ab illo minoris emere. Quis-  
 que inquam, absque vi & fraude. Nam si  
 quis regia thesauris est, & quod soluere  
 debet minoris redimeret, vis esset. Exem-  
 plum asseri nostri est, si debitor in paup-  
 riam lapsus esset, vel fugisset, &c. Illic e-  
 nim nulla est ratio mutui, neque in forma  
 neque in virtute, sed est emptio illius a-

Solutio:  
 tertij ar-  
 gumēti:

ctionis, quae re vera non tantum ualet, vt  
 quidam putant, quanta est pecunia quae  
 debetur. Immo est sicuti emere fata, & o-  
 mne actionem, quae ex lite pendet. Quod  
 est emere rem in spe. Argum. autem quod  
 e regione militare putaretur, est quod  
 tunc videretur debitor ipse licite suum ip-  
 sum debitum minori pretio posse redime-  
 re. Nam quod alicui licet, cur non idem si-  
 bilicebit? Quod autem illi non liceat, per-  
 id liquet, quod qui non quantum debet  
 soluit, aequitatem iustitiae minime seruat.  
 Respondetur ergo, ad argum. nulla similitu-  
 tudine pugnare, quoniam debitor ratio-  
 ne praecedentis contractus totam summam  
 debet, tertius vero quia nihil debeat, ius-  
 te emere potest actionem illam quanti ua-  
 let. Sed oritur hinc argumentum aduer-  
 sus id, quod a nobis nuper time decimum  
 est argum. autem est hoc. Duodecim sub  
 periculo non plus ualet, quam decem cer-  
 ta, quandoquidem actio illa decem iuste  
 emitur ergo qui numerata pecunia possit  
 rem vendere decem nimis, poterit eandem  
 credito vendere tunc duodecim, dum pro-  
 bab le periculum solutionis imminet. Re-  
 spondetur aliud esse rem emere, quae peri-  
 culo subiacet, alium vero mutuae seu cre-  
 dito vendere sub periculo. Nam qui mu-  
 tuat aut credito uendit, cum nullam patit  
 tur vim aut fraudem, quia ratione protege-  
 ta solutionis nihil posset recipere, uel cau-  
 tionem capiat, uel non mutuet cum pericu-  
 lo. Quare si gratis uult illud subire, subitum  
 putet. Quartum demum capitale arg. di-  
 me certe multumque anticipem tenent.  
 Nam secundum regulam uniuersalem ac-  
 regiam, iustum rerum pretium est illud,  
 quod receptis mercibus in prom. pra. solui-  
 tur. Veruntamen non mihi uideor negare  
 posse quin tali casu legitima fiat exceptio  
 regulae, ut iustum pretium non sit, nisi quod  
 in futurum expectatur. Merces. n. quae po-  
 regre, & potissime quae maritimis pericu-  
 lis traducuntur, nequeunt nisi intanto co-  
 pia traduci quanta simul uendi non potest.  
 numerata pecunia. Dixerim, nequeunt, si  
 illa, quae ut plurimum contingunt, consi-  
 deres, secundum quam considerationem  
 de legibus censendum est. Quam ob causam  
 qui naues eiusmodi mercibus oneratas,  
 necesse est ut partim credito coeant. Ob-  
 idque & sperari eis licet etiam in portu  
 alijs mercatoribus co simul pretio uen-  
 dere,

dere, quod ex ipsi minutatim venditis cõficiendum est. Veruntamen per hanc concessionẽ nullam cogitamus porrigere mercatoribus anãm, qui in ciuitatibus merces distrahunt, quoniam tota ratio contrahum excusans, est necessitas vendendi & emenditã amplã mercium copiam, quã nequit numerata pecunia vëdi, ob id quod venditur illis, qui pretium inde sunt collecturi. Citra hanc autem necessitatem debent res estimari pretio præfenti. Quapropter peculiatres mercatores in nundinis sibi videant quomodo emãt, porto intelligentes non posse reuendere nisi pretio præfenti. Nam nulla inde sumitur excusatio quod empturi ciues nõ semper habeant pecuniam præfentem. Hoc enim esset illos cogere propter necessitatem emere ad vfuras. De secundo etiam membro quarti argumenti, nihil est mirum, si prudentissimus quisque ambigat. Nam re vera lanarum mercatus qui anticipata fit solutione, effigiem præ se fert vfurarium, cũ vilis illa ratione emantur. Attamen neque eiusmodi emptiones vfurarias profus arbitro, si modo fraus absit. Nempe dum nõ anticipetur solutio nisi duos aut tres menses quando solet fieri herbarum solutio, aut plurimum intra eundem annum fiat quo sunt lanæ recipiendæ. Nam si anticipatur in alterum annum, vt ratione tam longe dilationis minoris emas, manifestaria vfura est Ratio, quæ me in hanc cogit sententiam est quod merces ipse natura sua hoc exigunt, nempe quod sumptus pascedendi tam numerosos greges eorum domini ferre nequeunt, nisi ex ipsa nutriedã lana præfens sibi subsidium cõiant. Accedit, quod forma huiusmodi fori adeo iam more & vfus per crebuit, vt ipsi etiam pastores in quo graua men inclinãt, renuant aliter vendere. Et forte in marino piscatu idem permittitur anticipatum pretium, nõ solum propter sumptus pauperum piscatorum, verum & propterea quod piscatura seruari nequiret nisi emptores paratissimi essent iactum antea emptum recipere. Haud tamen inde exemplum ad alia minorã diducitur, vt liceat ab agricola anticipata pecunia grana minoris emere. Nã accidentariũ est quod agricola ea sit pauperate, vt exiguos illos sumptus ferre nequeat, qua ratione cogitur ad vfuram multum quaritare. Parque iudicium, est de

alijs huiusmodi nimirum quando necessitas personæ in causã est intempestiue vendendi. Etenim in lanis non tam accidentaria personarum necessitas inest, quam rei ipsius natua.

ARTICVLVS II.

*Vtrum liceat rem credito carius, quam præfenti pretio vendere quando rei dominus non erat tunc venditurus.*

**T** Amet si regula generalis sit, quam superior articulo constitutam reliquimus restat nihilominus explorare, an vllã admittat exceptionem, videlicet, vtrum quando merces vendendæ non erant vsq. ad tempus, quo plus valitura sperabatur carius licitum sit eas distrahere quam præfenti numismate? Et arguitur a parte negatiua, ex regula supra constituta, nempe quod rei pretium æstimandum sit secundum præfentem valorem, vt habetur in lege. 4. ad leg. falc. Secundo arguitur. Si liceret carius tunc vendere, id maxime permitteretur ratione lucri cessantis, quod speratur ex pretij augmento, dictum est autẽ secundum sententiam nobis probationẽ, nemini proprie cessare luctum, præter eũ, qui vim aut fraudẽ patitur. Qui ergo sua parte sponte vendit, non potest de lucro cessante agere, atque adeo neque illa ratione carius vendere. Tertio. Si illa ratione carius liceret vendere, sequeretur, quod econuerso liceret rem emere cum pacto, vt integra seruaretur, quoadusque vel maioris æstimaretur, vel fructus ferret. Verbi gratia liceret oues ante facturam eo pacto emere, vt venditor periculo suo eas custodiret, quousque fetus suos æderent, cascũque & lanam ferrent. Consequentia probatur. Nam si venditor potest futurum pretium quo in posterum valitura sunt res, ex nunc tutum facere, pari iure poterit emptor tutos quoque reddere fructus rei emptæ, quos emit. Consequens tamen est falsum. Nam res lege non percutunt nisi domino. Vnde cum primum quis rerum acquirat dominium, sibi periclitantur, vt colligitur in incendio. C. si certum petatur. & l. pignus C. de pign. actio. In contrarium est cap. Nauiganti de vfuris.

Articulus hic intellectum exposcit diuigan.

Primi argum.

Secundũ

Tertiũ.

Capi na uigan.

De lana...

De pisc...

